tuus, quoniam ſic adiuraſti nos? Iudæorum (fratres mei) nondum tempus aduenit, noſtrum autem ſemper paratū eſt. G Ideo omiſsis friuolis & fraudulentis ſermonib⁹, huiuſmodi admirationum uel interrogationum commercia celebremus in conuentibus noſtris. Vtinam uos tales ſitis filiæ quæ talia dogmata deſideretis audire, utinam & ego talis ſim ſponſa à qua ualeatis paratè talia petere. O beata uerè mater quæ ſibi dici audire meretur. O pulcherrima mulierum. Beata planè ſi pulchritudinem tantam in-
Tren.4. tegram ſeruet. Candidiores (inquit) nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorū. Magna certè collaudatio, ſed maior uituperatio. Candor niuis, lactis nitor, rubor eboris, puritas & pulchritudo Saphiri, carbonis obducuntur nigredine. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & nō ſunt cogniti in plateis, Non ſunt utiq; pro nazareis cogniti iam in plateis. Sileo de alijs: ordinis noſtri cernite uiros, quàm admirabile erat nomen eorum in uniuerſa terra. In uicis quando uix erāt uiſi in plateis, ſtatim cogniti ꝑ ſanctitatis ſigno erāt in eis. Nunc autem nullo religionis diſcrimine, nullo priuilegio conuerſationis, aut nullo aut prætenui diſtincti & ſignati ſunt à cæteris. Ideo non ſunt cogniti quaſi nazarei in plateis. Frequentia platearum dedecorat nazareos, & peregrinam ſpeciē inducit. Mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniū platearum: ideo non ſunt agniti in plateis. Non agnoſcitur in eis natiuus candor, non nitor, non rubor, non pulchritudo. Quid enim iſta ſignificent? pulchritudinē magnam depingunt: ideo non ſunt cogniti in plateis. Hi nazareorū colores ſunt, hi etiam ſponſæ & ſponſi ſunt. Nā & ſponſa hoc in loco loquitur & dicit. Dilectus meus candidus & rubicūdus. Talis eſt nazareus noſter: & cui aſsimilatur nazareorum color, aſsimilatur & ſponſæ color. Illa enim nazarea eſt, domino ſe Ieſu nazareo deuouens & deſponſans: quam cùm talem inuenerimus, collaudem⁹ pulchritudinem eius, conſulemus peritiam. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus, quoniam ſic adiuraſti nos? Sed iam dilecti ſui laudes retexat domi[n]i Ieſu: qui uiuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo XLVIII.

Canti.5. DIlectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Studium dilectum intermittit ad tēpus, ſed ad tempus modicum ut filias inſtruat: delectabilia neceſſarijs interrumpit: nec tamen ſine dilectione eſt ꝙ ſponſi memoriter recenſet præconia. Dulces enim faucibus ſponſæ laudes ſunt ſponſi. Pia mater & ſpoſa prudens filias informat, cōmendat dilectum. Iure prudens: tam parata & tam profuſa habens quæ eloquatur de ſponſo. Diligenter illi ſingula ipſius & notata ſunt & recogitata ſunt quæ tam in pramptu ſunt. Trahūt ſingula affectum eius quæ memoriæ tenaciter hærent. Color, caput, comæ, oculi, genæ, labia, manus, uenter, crura, pes, guttur, omnia hæc figurate deſcribūtur in laude ſpōſi. Et quaſi in clauſula & breui capitulo totum cōcludēs. Totus (inquit) deſiderabilis: ut quæ in his amoris ſui parata alimēta eſſe doceat. Talis eſt ait dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus. Videte in his omnibus doctrinam ſpon-
Canti.5. ſæ, uidete deuotionem, uidete diligentiam uel quærendo dilectum, uel inſtruēdo filias, uel recolendo laudes ipſius. Obnixè adiurat, paratè reſpondet, figurat ornatè, diſtinctè partitur, ſuccinctè pertranſit, ſummatim ſtringit & neſcio an ſufficienter exprimit. Scio quidem ꝙ affectuoſè cōcludit. Talis eſt dilectus me⁹, & ipſe eſt amicus meus. Laudum iſtarū magnus ambitus, & magnus planè amor laudantis. Iam ſingulos laudis huius articulos reuoluamus. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Singularis miſtura eſt colorum qui in ſola perſona domini operatione diuina conuenerunt in unum, nec ut ſint unus ſed ut ſint in uno. E O gratioſus ſponſus & amabilis ualde, in quo generatio diuina candet, & rubet humana. Ipſe eſt enim candor lucis æternæ. Ipſe etſi non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri: de ſanguine tamen matris natus eſt, & nihil in eo Eſaiæ.1.
ruboris illius, de quo ait Eſaias: Si fuerint peccata ueſtra rubra ſicut uermiculus, uelut lana alba erunt. Non ſibi cōueniunt, nō ſe patiuntur lanæ albedo, & rubor uermiculi. Eſai.63.
Alius eſt quidā rubor qui inuenitur ſimul cum candore in ueſtimento Ieſu. Quare (inquit Eſaias) rubrum eſt ueſtimentum tuum? Veſtimentum domini Ieſu natura uirgineæ generationis, candens munditia & innocentia ſanctitatis, multo decentius colore paſsionis uoluntariæ in credentium rubet affectibus. Qualis rubor qui dealbādi nō caret effectu? Lauerunt (inquit) ſtolas ſuas & candidas Apoc.7.
fecerunt in ſanguine agni. Rubor hic in Ieſu meo candorem inuenit, non fecit: in nobis facit, non inuenit. Rubor hic cruentæ natiuitatis & propriæ iniquitatis ſuperinductus colore, rubore eius in candorem conuertit, fide corda mundans. Iuſtificati enim ſumus per fide in ſanguine Ieſu. Bene tibi rubet pro te cruor effuſus, ſi in animo tuo uiciſsitudinis accendit affectum. Bene tibi rubet ſi tibi rutilat in effuſo ſanguine pro te nimia charitas dei. Sic enim dilexit ſpōſam ſuam Ieſus, ut lauaret eam in ſanguine ſuo. Flammea eſt charitas, hæc mihi dominum Ieſum rubicundum facit. In eo mihi & ueritas candet: & rubet charitas. Dilectus (inquit) meus candidus & rubicundus. Quidni candidus? Ipſe lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt ullæ. Quidni rubicundus? Deus enim ignis eſt, & ipſe ignem uenit mittere in terram. Si tibi miniſtrat intelligentiæ lucem, candidus eſt: ſed ſi non animum accēdit ad amorem, non eum ſentis rubicundum. In ſeipſo utrunq; eſt, ſed tibi non eſt niſi cùm eorum in te ſentis effectum. Si ſponſa es æmulare miſturam gemini coloris huius à ſponſo tuo, ut ſimiliter candida & rubicunda ſis, id eſt ſyncera & ſuccenſa. Nam ipſe ſicut ſerenādi ita & ſuccendendi uim habet. Qui approximat igni.

¶Expliciunt ſermones Gilberti ſuper Cantica canticorum.

ANno uerbi incarnati Milleſimo cēteſimo. xiij. ad honorem & dec⁹ totius eccleſiæ ſanctæ dei beatiſsimus pater noſter Bernardus, annos natus circiter uigintiduos īgreſſus eſt Ciſterciū cum ſocijs amplius quàm triginta ſub abbate Stephano. A cōſtitutiōe eiuſdē ordinis anno. xv. Anno aūt domini. M.cxv. fuit ordinatus abbas claræuallis. Erat autē Claraualls loc⁹ in territorio Lingonēſi, antiqua ſpelunca latronū, & antiquitus dicebatur uallis abſcinthialis, ubi abbas habitauit trigintaocto annis. Obijt autem anno domini Milleſimo cēteſimo quinquageſimotertio. xiij. kal. ſeptēbris expletis uitæ ſuæ annis ſexagintatrib⁹. Fecit qdē in uita ſua centum ſexaginta monaſteria, & dimiſit in Claraualle ſeptingentos fratres domino famulantes.

¶Origo quorundam ordinum.

¶Ordo ſancti Bn̄dicti incepit circa annos dn̄i. ccccxxxj.
¶Cluniacen̄. Dcccxij.
¶Cartuſien̄. Mlxxxiiij.
¶Ciſtercien̄. Mxcviij.
¶Templariorum. Mxcviij. Qui poſtmodum fuerunt deſtructi uel deleti. Mcccx.
¶Præmonſtraten̄. M.cxx.
¶Ioannitarum, id eſt Hieroſolymitarum. Mcxl.
¶Ordo trinitatis. Mcxcvj.
¶Prædicatorum. Mcc.
¶Minorum. Mccx.
¶Carmelitarum. Mccxx.
¶Auguſtinorum. Mccl.

¶Deo gratias.

TABVLA SVPER SERmones Gilberti ſuper Cantica canticorum.

¶De litera. A

ABſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te ad dominum, exponitur ſermone. x. A.
Adiuro uos &c. exponitur. xiiij. A. xlvj. A.
Adducet dominus uentū de deſerto urentem, & deſiccabit uenas mortis, exponitur. xv. C.
Amos ipſe de quiete inquietior redditur. ij. E.
Amor humanum animum deo conciliat & unit. xj. A.
Amor commendatur. xix. per totum.
Amor proximi compaſsionem habet, & quendam nimis ſuauem guſtum. xix. F.
Amor in auribus dn̄i ſolus obſtrepens, corporalium ſtrepitus dedignatur uerborum. xxiij. C.
Amor uehemens patientis ſimul afficit & carnem & mentem. xlvj. C.
Amanti quàm durum eſt animum dimidiare cum Chriſto & mūdo. xj. A.
Amantiū zelus impatiens quid habeat. xiij. A.
Amici quare aliqui dicatur, & quare chariſsimi. xlj. G.
Angeli cuſtodes & curatores noſtri ſunt. vij. E.
Angelico exemplo humilem & attētum præbeamus auditum alieno ſermoni. xxj. B.
Angelus in annūtiatione, angel⁹ in natiuitate &c. xxj. B.
Annūciatio precationis tenet effectū. xlvj. C.
Animus quanto fuerit expeditior, tanto quidem impenſior erit in illud quod amat. j. C.
Antidotū efficax ad mitigandum omnem mentis deſolationem eſt ſpes reſurrectionis futuræ. xxxij. D.
Aperi ſibi ꝑ cōtēplationē diuinitas petit à nobis. xliij. A.
Apertio ſponſi eſt apparitio eius. xliij. A.
Apertio ſponſæ eſt apparatus eius. xliij.
Aperire non poſſet ſponſa niſi prius dilectus inſpirationis manum occultam apponeret. xliij. C.
Apoſtolorum commendatio. xxxiij. F.
Aquæ uiuæ ſunt aquæ non deficiētes. xxxvij. G.
Aquilo ſignificat aduerſitates & aduerſam fortunā. xxxviij. & xxxix. quaſi per totum.
Arbitrium ubi eſt, ſemper liberum eſt, non tamen liberum ad omnia. xxxix. B.
Argētum quid ſignificet. xviij. B.
Aroma mihi uidetur offerre qui orat & optat. xxxij. G.
Aroma bonū, ꝓpoſitū ſctm̄, & cōſcientia pura. xxxviij. F.
Aſcende deus ſuper nubem leuem &c. exponitur. xv. C.
Aſcenſiones diſpoſuit in corde ſuo, exponitur. xx. A.
Aurum quid ſignificet. xviij. B.
Auſter ſignificat felicitatē & ſecuritatē terrenam. xxxviij. & xxxix. quaſi per totum.

¶De litera. B.

BAlſamum olere quis dicatur. xvij. F.
Bene ungitur & bene redolet qui diligit bona coram deo &c. xxxiij. B.
Bonum opus uel quærere Ieſum uel tenere, ſed opportunitas & loci & tp̄is huic adhibēda eſt opi. j. B.
Bona iuſtitia quæ dicatur, & quæ melior. xij. B.
Bonus odor fama bona, bon⁹ odor cōſcia bona. xvij. D.
Bona intentio pura, quam uiuidam reddit & uelut animatam feruida & dulcis affectio. xxix. C.
Bona unguenta impaſsibilitas & patientia. xxxij. D.
Bonū unguentū & bonus odor ſpiritualis in dn̄o exultatio, & modeſta exhibitio lætitia & notitia. xxxiij. B.
Bona ueſtimenta bona ſunt opera. xxxiiij. D.
Bonus ſopor mentis exceſſus & alienatio ab affectib⁹ carnis & à ſenſibus corporis. xiiij. D. xlij. A.

¶De litera. C.

CAminus Chriſtus dicitur. xv. A.
Chaos magnum firmatum eſt inter animam, & dei naturam. viij. E.
Cantate deo canticū nouū &c. expon̄it. iiij. F.
Capacē eſſe ſummi boni, ipſum habere, & eſſe ipſum, hæc tria diſtincta ſunt. viij. F.
Capilli tui ſicut grex caprarum &c. exponitur. xxiij. quaſi per totum.
Capreæ & cerui qui dicantur. xiiij. A. B.
Charitas commendatur. xix. per totum.
Charitas ſpeciale quoddam eſt inſigne diſcipulatus Chriſti & doctrinæ eius ſingulare indicium. xix. F.
Charitati innata iſt ſolicitudo quædam, prudentia quædam &c. xxvj. F.
Charitas ipſa nouit tentamenti occaſiones, & cū opus eſt fugere, & ubi fugiēdi nō eſt copia, fortiter ferre. xxvj. F.
Charitas radix eſt, & quaſi rami uirtutes cæteræ de illa pullulant. xxxij. F.
Charitas ſit tibi cuſtodia flammea. xxxv. B.
Charitas ordinata quando dicatur. xlj. G.
Chariſsimus quis dicatur. xlj. G.
Carnis nomen in bono alicubi accipitur. j. G.
Caro uoluntarijs afflicta diſciplinis nónne deum ad propiciationē flectere nititur. xxxiiij. E.
Caſtitas commendatur. xviij. A.
Caſtitatis Chriſti, Mariæ, & aliorum differentia. xl. F.
Cedrus, Libanus, myrrha, aloe. quatuor uirtutes cardinales interpretantur. xxxvj. G.
Circūitus quidam ſpirituales declarantur. iiij. A.
Ciuitas dei dici poteſt non inconuenienter uniuerſitas creaturæ. iij. C.
Cogitationes antiquas qui neſciunt habere. xij. A.
Cogitatio praua quam contagio ſequitur. xliij. B.
Collis thuris quis dicatur. xxviij. C. D.
Colli nomine quid accipiatur. xxvj. A. xxx. C.
Colloquia tua, conuerſatio cōis, gratiam ſpirēt. xxxvj. E.
Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſsimi, exponitur. xlj. F.
Cōmēdatio cuiuſdā abbatis mortui Riuallis. xlj. D. E. F.
Compaſsio interna & compoſitio quædam diſciplinæ & doctrinæ neceſſariæ ſunt doctoribus. xxvij. A.
Concupiſcentia cùm ſola eſt, ſatis inardeſcit, exterior uero materia ſi accedit inſanit. xxvj. B.
Conſcientia bona nil tutius. j. F.
Conſcientia cuiuſq; habet quandā ꝓpriā faciem. xxv. C.
Conſiliatio quidē utilis, & frequenter quod non confert eorum qui cōſuluntur eruditio, conſulētis meretur humilitas. vij. A.
Contemplatio iucunda in cæleſti familia. vij. E.
Contemplatio ſola non excidet in futuro, ideo hanc partem tibi elige in præſenti. xj. B.
Contemplationis gratia compaſsionem non euacuat ſed informat mentis exceſſus. xiiij. C.
Contemplatio paſsionis Chriſti. xx. B. D. xxj. per totum.
Contemplatio ſapientiæ æterna refectio eſt. xxiij. G.
Contemplationis locus pulcherrimus ubi ſit. xxvij. F.
Contemplandi de deo triplex modus. xliij. D.
Contritio bona quæ dicatur. xv. G.
Cor impij eſt turbulentum & tabidum, lutoſum, & ſecum ſemper colluctans. ij. B.
Cor Chriſti quod dicatur. xxj. F.
Corda libera & à rei familiaris cura magis profluunt in contemplatione & charitate dei. xxxix. A.
Cornelij centurionis commendatio. xxxiij. F.
Corona nobis eſt incarnatio. xx. E.
Coronatur ille per tribulationis tolerantiam, qui mittis ꝙ manſuetus &c. xxix. D.
De corpore Chriſti uide. vij. F.
Cùm pertranſiſſem illos &c. exponitur. vij. B. C.

Gumulata planè mareries premiorum inter totius puritatis merita, paſſionibus uarijs atteritur.xxix.D.
Cura frequẽs mũdi, inſenſibilẽ penè reddit affectum.j.C.
Cura animarum & adminiſtrãdæ neceſsitatis ſolicitudo graue & oneroſum ſatis eſt pallium.xlv.F.
Cuſtodes pigri & malè fideles quid faciant.vj.B.
Cuſtos qualis eſſe debeat.vj.C.
Cuſtodes ciuitatis doctores ſancti quando dicantur hominem inuenire.xlv.B.

¶De litera.D.

DElicta antiqua non poſſent nouis deſeruire ſacramẽtis niſi occulta ratiõe diuina intus operante prouidentia.iiij.D.
Dẽtes tui quaſi grex detõſarũ, expõit.xxiij.F.
Dentes eccleſiæ qui dicantur.xxiij.F.xxiiij.A.
Deſertum quid ſignificet.xv.B.C.
Diſpenſatio eccleſiæ dicitur participatio ſpiritus.xx.G.
Detrahentes profeſsionibus & ordinibus reprehẽduntur.v.D.xxv.D.xlvj.B.
Detractio rapacitatis genus eſt.xix.E.
Deus eſt ubiqꝫ per eſſentiam, ſed non æqualiter in ſingulis per efficientiam.iij.D.
Diadema quid ſignificet.xx.D.E.
Diem hominis non concupiui, exponitur.j.
Dignatio hæc ipſa qua deus uoluit incarnari, quendam uidetur attuliſſe decorẽ dignitati maieſtatis.xxj.B.C.
Diligam te bone Ieſu, diligam te uirtus mea &c.xix.H.
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo &c.exponitur.xxix.C.
Dilectio maior eſt omnibus ſacrificijs & holocauſtomatibus.xxij.E.
Dilectioni commodæ aſsignatur concluſio, & bonꝰ eſt dilectio murus.xxxv.B.
Dilectus meꝰ cãdidꝰ & rubicũdus &c.exponiẽ.xlviij.A.
Diſcipuli carpẽtes opa prælatorũ reprehẽdunẽ.xxiij.A.
Diuina natura incõuertibilis & icõmutabilis eſt.viij.B.
Doctores ſacri uarios animorũ inueſtigãt affectꝰ.xlv.B.
Dormire quis dicatur ſpiritualiter.xlij.A.
Dulce ſatis eſt te bone Ieſu quærere, dulcius tenere.j.B.
Dulcedo ſimulata & dulcedo exigua linguæ quæ ſit.xxxiiij.G.
Duo ubera tua ſicut duo hinnuli &c.exponitur.xxvj.& xxvij.

¶De litera.E.

ECcleſia utrãqꝫ naturam, id eſt humanam & diuinam integram fatetur in Chriſto.viij.A.
Eccleſiæ primitiuæ pſecutio & cõſtantia.xiij.A.B.xlj.A.
Eccleſia deſponſata eſt Chriſto in fide.xx.G.
Eccleſiæ corpus plenum eſt oculis ante & retro.xxiij.A.
Eccleſia ſpõſa Chriſti remittit, permittit, promittit, præmittit.xxxiiij.B.
Eccleſia dicitur pulcherrima mulierũ, quare hoc.xlvij.E.
Ego dormio, & cor meum uigilat, exponitur.xlij.A.
Eleemoſynæ uocabulo non incõgruè cẽſentur uniuerſa quæ indigentibus miſericorditer impenduntur.x.A.
Eloquentiæ tuæ ſignum nunquã euidẽtius dabis quàm ſi humilem materiam exequeris ornate.xxvij.B.
Emiſsiones tuæ paradiſus malorum punicorum, exponitur.xxxv.E.F.G.
Euangelicè ex toto loquere qui uir euãgelicus es.xvj.E.
Exclamatio temporum noſtrorum. O miſera hæc tempora noſtra &c.xiiij.C.
Exclamatio montis ſpũalis. O beatũ mõtẽ &c.xxviij.C.
Exclamatio uerbi dei. O mira uis uerbi &c.xliiij.H.
Exclamatio charitatis. O potẽs & præpotens paſsio charitatis &c.xlvj.D.
E xhortatio fratrum.xxij.F.
Exhortatio pœnitentium.xlv.C.
Exortatio curam animarũ habentium & adminiſtrandæ neceſsitatis ſolicitudinem ex officio.xlv.H.

¶De litera.F.

FAma bona odor bonus.xvij.D.
Fauꝰ diſtillãs labia tua &c.exponiẽ.xxxiiij.A.
Felix anima quæ bono contemplationis frueris.xj.B.
Felix qui ſatis lectulum cordis &c.xx.A.
Ferculũ ſibi fecit rex Salomon &c.exponiẽ.xvij.p totũ.
Fides Chriſti Iudæorum traditiones & dogmata philoſophorum arida fecit.v.B.
Fides utroſqꝫ populos æque nobilitat, uidelicet Iudæos & gẽtes, ſed Iudæus aliter reputat.xxvij.C.
Fidelis aĩa omnia replicat & recẽſet in laudem dei.iiij.E.
Fidelium conuerſatio gemina eſt.v.C.
De filio prodigo.iij.D.xxxiij.E.F.
Fons ſignatus quid ſit.xxxv.C.D.
Fons ſapientiæ bonus omnino, ſed adhuc ſub ſignaculo nobis emanat.xxxv.D.
Fons ſignatus & fons patens differunt.xxxv.D.
Fons ortorum, & puteus aquarum uiuentium &c.exponitur.xxxvij.per totum.
Fontis & putei differentia.xxxvij.C.
Formoſus in ſtola ſua cur Chriſtus dicatur.vij.E.
Fortitudo bona quæ dicatur.xiiij.B.
Fortes Iſrael qui dicantur, & qui malè fortes.xvj.D.
Foueam quaſi fodit qui terreni ſenſus acumine ſcripturæ ſoliditatem penetrat &c.xxxvij.F.
In phreneticis nõ minuitur innata rationalitas, ſed in ſic affectis nullus eius motus exiſtere ualet.xxxix.C.
Frigidæ & feruidæ orationis differentia.xv.F.
Fugitiui religioſi notantur.xxxvij.I.

¶De litera.G.

GEmitus tuus dulcis quẽ genuit amor.xxv.A.
Gemelli duo hinnuli capreæ dicunẽ Iudæi & Græci ſiue Gẽtes.xxvij.C.
Genæ ipſæ uocis uſum habẽt, & oris aut ſupplent officium aut amplius exornãt.xxv.A.
Gladium ſpiritus (quod eſt uerbum dei) habẽtes & non ſm illud operantes reprehenduntur.xvj.D.
Glorioſi qui uerè dicantur.iiij.C.
Goriari nemo debet caſtum habere cor aut alias uirtutes.xxv.C.
Gilbertus orat pro religioſo qui cenſetur mortuꝰ quando eſt nel tædij uel deſperationis mole obrutꝰ.xvj.H.
Gilbertus plangit & lamentatur uirginem quandam corruptam.xl.B.C.D.
Gilbertus plangit & lamentatur abbatem quendã mortuum claræuallis.xlj.D.E.F.
Gilbertus plangit & lamentatur ꝙ cura animarũ ex officio ipſi incumbebat, & adminiſtrandæ neceſsitatis ſolicitudo.xlv.F.
Cratias tibi dñe Ieſu Chriſte ꝙ nobis ſalutis occaſiões paras.v.C.

¶De litera.H.

HAeretici notantur.xxxvj.F.xlij.E.
Horret Chriſtꝰ magis aſperitatẽ morũ, linguæ ſtimulos, quàm aculeos ſpinarum.xx.F.
Homo ſpiritualis ſit quaſi aquila.xij.A.
Hoſtis carne noſtra quaſi caſtro utens regiones ſpiritus de uicino infeſtat.xvj.C.
Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur, exponitur.xxxiiij.D.
Humilitas nec contra iniuriantes tumet, nec ſupra conſortes ſe tendit.xxxvj.B.
Humilitas perfecta de meritis ſemper alienis præſumit.xlvj.A.

¶De litera.I.

IAcula ſublimia exhortationis nõ ſunt paſsim fundẽda, nec i omni multitudine &c.xlv.D.
Ieſu bone quid eſt ꝙ alicubi nõ inueniris qui ubiqꝫ crederis &c.iij.C.D.
Ieſus quando ad te ingrediatur, & quando tu ad illum ingrediaris.xliiij.C.
Ignis Ieſu ignis bonus eſt.xv.E.
Ignorantiæ tuæ nox ſerenam tibi uiſionem adimit ſecretorum cæleſtium.j.C.
Impaſsibilitatis & patientiæ differentia.xxxij.D.
Impetus multiplex notatur.xxxvij.H.
Incarnatio nobis corona eſt.xx.E.
Increpatorius doctoris ſermo ſi quoſdã ſpecialiter tãgere uidetur, non ad odij fomitem illud inuertat.xlj.C.
Iniquitas & inæqualitas multa eſt, ad trãſitoria intẽſum impendere animum, ad æterna remiſſum.xlv.H.
Inuenire illa quæ ſurſum ſunt bõa, eſt quodã dulcedinis & experientiæ guſtu perſentire illa.iij.E.
Inuidia quid faciat de alienis bonis.xix.D.E.
In inuidam animam nõ poteſt intrare æſtimatio bona de bonis alienis.xix.E.
Inuitationes mutuæ ſponſi & ſpõſæ habenẽ.xl.per totũ.
Ionathas columbæ eſt donum, illum ſignificans qui ſpiritualis gratiæ eſt plenus.xix.C.
Iudæi & philoſophi carpuntur.v.B.C.xlij.D.xlvij.F.
Iudæus i cõi clemẽtia iura ſibi priuata depoſcit.xxvij.E.
Iuga boum emi quinqꝫ, exponitur.xxvj.B.
Iuſtiſsimus, potentiſsimus, prudentiſsimus moderator quid operetur.iiij.C.

¶De litera.L.

LAbia ſpũalia & interiora quæ dicã ẽxxiiij.D.
Lac quaſi uideẽ oĩs doctrina, oĩs affectus pius animo illapſus dulciter.xxvij.E.
Lamentatio aĩæ deum quærentis & non inuenientis.ij.A.B.
Lamentatio Gilberti cõtra fratres malignãtes.xiiij.F.G.
Lamentatio Gilberti ꝑpter aduerſitates & aduerſam fortunam.xxxviij.quaſi per totum.
Lamẽtatio Gilberti ꝑ uirgĩe quadã corrup.xl.B.C.D.
Lamentatio Gilberti pro abbate quodam mortuo claræuallis.xlj.D.E.F.
Languor amantis eſt affectio quædam de abſcẽte dilecto amantem conficiens.xlvj.C.
Languores tres enumerantur.xlvj.E.
Latitudinem ſui cordis aliqui exponunt ſeculari prudentiæ, & iſti reprehenduntur.v.G.
Laudes orti cõcluſi in tribus abſoluit ſcriptura.xxxv.C.
Laurentij martyris commendatio.xl.G.
Lectio debet oratiõi ſeruire, præparare affectũ, nõ horas præripere, nec ſuccidere moras.vij.B.
In lectulo meo quæſiui per noctes quem diligit aĩa mea, exponitur ſermone primo & ſecundo.
Lectulus bonus dicitur conſcientiæ quies & mũditia.ij.B.xij.A.xvj.I.
In lectulis magnũ & multiplex myſteriũ reperies.xvj.G.
Leuitas innata tibi, uicina eſt lapſui.xiij.A.
Libano in ſcripturis legitur comparata uirginitas.xvij.E.xviij.A.
Libertas duplex deſcribitur.xxxix.C.
Libertas triplex deſcribitur.xxxix.D.
Lilium & lilia qui, & quæ dicantur.xxvij.D.
Lingua praua quid requirat.xxiiij.E.
Lingua & labia acſi quidam argenteus canalis ſunt &c.xxxiiij.C.
Liuor dum priuatam ſemper excellentiam cogitat, alienam obſcurat.xix.E.
Locus proprius & domeſticus matris eccleſiæ eſt contẽplatio.xj.B.

¶De litera.M.

MAgna uis amoris alieno non nititur ſuffragio proprijs contenta meritis.j.F.
Magna uis amoris quẽ nec infirmitas nec aduerſitas cõpeſcit, nec illa innata, nec iſta illata.ij.D.
Magna & uiolenta eſt uis charitatis.xxx.A.
Magnus plane eſt (ſi quis eſt) qui ſicut nũquã titubat in fide, ita paſſionibus animi nullis turbetur.xiij.E.
Magna eloquẽtiæ laus eſt, cauſam quam ſuſceperis apte exequi &c.xxvij.B.
Magnus mons Paulus dicitur.xxvij.F.
Mala punica ſignificant uerecũdiã. Poteſt & in malis punicis martyrum intelligi patientia, & regulares conuẽtus.xxxv.E.F.G.
Malignatur in ſancto qui malignaẽ in bono, ſiue in ſuo, ſiue in alieno.xxij.C.
Mammæ duæ ſunt maternæ pietatis ſpũales.xxxj.B.
Mariæ uirginis uterus dicitur deſertum propter incorruptionem.xv.C.
Mariæ magdalenæ commendatio.xxxij.G.xxxiij.D.
Martyrum commendatio.xxiij.D.E.xlv.G.
Mediator quidam inter deum & homines qualiter ſe habere debet.xxvj.G.
Mens ſecura & libera iure lectulus dicitur.ij.B.
Mentis exceſſus bonus eſt ſopor.xiiij.D.xlij.A.
Myrrha quid ſignificet.xv.F.xl.F.
Miſericordiã quã debes ex loco, ex animo ſolue.xxxiij.E.
Moleſta amanti dilatio, ſed ſolẽt protracta deſideria amplius creſcere.vj.A.
Moleſtus ſtimulus, ſed tamẽ uexatio præſtat humilitatẽ profectui.xv.I.
Moleſta eſt utraqꝫ affectio & non dulceſcere quod elegeris & ſentire quod oderis, moleſtũ utrũqꝫ &c.xxxviij.F.xiij.E.
Monachorũ eſt nõ colloquium ſed ſilentium &c.vij.B.
Monachi reprehẽduntur ꝙ mũdo & ſtudioſe cõformãt.xiij.E.
Mons myrrhæ quis dicatur.xxviij.C.
Mortuus eſt qui uel tædij uel deſperationis mole obruitur &c.xvj.H.
Mors bona quæ dicatur.xxvj.C.
Motus intentionis prauæ & à deo habet ꝙ motus eſt, & ab ipſo non habet ꝙ prauus eſt.iiij.C.
Multos uidemus & dolemus tam inſperato ceſsiſſe quã ſubito erupiſſe.xv.D.
Mũditia mereẽ notitiam, nõ hanc literatoriã tantum, ſed quãdã dulcẽ & intimã, & ipſiꝰ aĩæ medullis ĩfuſã.v.H.

¶De litera.N.

NArdus uel in nardo intelligitur mentis quies.xxxvj.D.
De natura diuina & humana Chriſti.xl.H.xlvij.C.xlviij.B.
Nemo alij in gratia quocũqꝫ in gradu fuerit, aut participium, aut parilitatem inuideat.xxvij.C.
Nil bona tutius conſcientia.j.F.
Nobilitate ſeculi nõ debemꝰ chari deo reputari.xviij.E.
Nomen Ieſu ubiqꝫ uenerabile eſt, & utinã quod uox ſonat, uita depromat.v.H.
Non facile eſt uirtutẽ cuiuſqꝫ ex indicijs diffinire.xxij.D.
Nouatianus hæreticus reprehenditur.xxxj.D.
Nouiſſima tuba quid ſit.xviij.D.
Nouum canticum quare dicatur.iiij.F.

Nox quædam bona dicitur.j.D.F.
Nubes cæli dicitur ſponſa.xxix.A.

¶De litera.O.

OBſeruantiarũ duritia & petra diſciplinæ frequẽter largos effundit riuos olei &c.xxvj.E.
Ocium liberum & irrigatio crebra ſanctæ meditationis multũ cooperanť ut læta prodeant germina ſapientiæ.v.G.
Ocio libero non omnes rite & iure debito fruuntur.xij.A.xlv.H.
Oculus turbatus uel ira uel cura quomodo lucẽ illam inacceſſam intuebitur.j.B.
Oculus intentionis ſimplex illuſtrat uniuerſum corpus operationis.xxij.B.
Oculus quando tenebroſus, quando lucidus, quando caligans dicatur.xxij.B.
Oculi tui columbarum, exponitur.xxij.per totum.
Oculi eccleſiæ qui ſint.xxiij.A.xxx.D.
Odor miſericordiæ & remiſſiõis ſuauius fragrat in eccleſia.xxxiij.D.
Odor quid ſit.xxxiij.I.
Omnia deum mihi monſtrant ad cognitionem, ſed non omnia me mouere poſſunt intus ad deuotionem.iij.D.
Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis, exponitur.xxiiij.B.
Opera ſequuntur ſpiritum ſicut calor ignẽ, umbra corp⁹ lux ſolem effectus cauſam.xj.C.
Opera patentia & publica, oſtentationem & inanem iactantiam redolent.xxiiij.D.
Operatio triſtis & ſpiritualis gaudij carens irrigatione, uicina ſterilitati uidetur.xxxv.D.
Opus ipſum obliuiſcif opus ſe eſſe dum amoris pinguedine totum inficitur.xxxvj.B.
Opera exterioris ſolicitudinis & uſus contemplationis confici ſimul non poſſunt.xxxvj.C.
Optima pars contemplationis & dilectionis & uſus.x.B.
Oratio pertinax pertingit ad finem.vj.A.
Orantis Xp̃i ſpecies facta eſt altera, exponitur.xv.A.
Oratio quæ ſuccenſa non fuerit, neſcit itinere directo ad deum ire.xv.F.
Orationis uſus animum reddit mundum & candidum.xxviij.E.
Oratio in ſinu conuertitur quæ celerem precibus reportat effectum.xxiiij.D.
Orationis uicem quæ opera habere dicantur.xxxiiij.E.
Orans non ſinat animum fluctuare, non declinare ad alia.xlvj.D.
Ordines regulares unde prodierunt.xxxv.G.
Ortus concluſus es ſoror mea ſponſa, exponitur.xxxv.A.
Ortus ſponſi quis dicatur.xl.E.
Oſtiorũ magna eſt diſtantia, & triplex eſt oſtium.xliiij.B.

¶De litera.P.

PAlliorũ genera ſpiritualia multa ſunt.xlv.quaſi per totum.
Paradiſus concluſus & paradiſus emiſſus differunt.xxxv.E.
Phariſæus reprehenditur.xxxiij.K.
Pardo comparatur hæreticus, & homo uarius & inconſtans.xxix.E.
Pauli apoſtoli uirtutes.xv.H.xvij.D.
Paulus apoſtolis dicitur magnus mons.xxvij.F.
Pax abundans quæ dicatur.xvj.B.
Pelagius hæreticus reprehenditur.xxxj.D.
Peſtilentia morum hodie fœda ſatis & lẽta nimis exaltat.xiij.D.
Petrus & qui cum ipſo erant in monte, grauati ſunt ſomno, exponitur.xiiij.E.
Prædicantes in conuentu fratrum redarguuntur & inſtruuntur.xxvij.B.
Prædicationis officium non omnibus incumbit, xliij. in principio.
Prælationis labores ingredi feſtinantes arguuntur.xxix.G.xlij.F.
Præterire & pertranſire differunt.vij.A.
Prope feci iuſtitiam meam, & ſalus mea non elongabitur, exponitur.vij.C.
Propugnacula charitatis, exprimuntur.xxvj.G.
Prudentiæ carnis & prudẽtiæ ſpiritus differẽtia.xxxij.C.
Pudicitia & patientia comites dicuntur, & differunt.F.

¶De litera.Q.

QValis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum &c.exponitur.xlvij.A.
Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ, exponitur.xxxj.A.
Quatuor aduerte uel in ſpõſa uel circa ſpõſam eccleſiam, inueſtigationes, uota, præcepta, & preces.xlv.D.
Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit per deſertum &c.exponif.xv.A.
Querela aïæ deum quærentis & nõ inuenĩetis.iij.A.B.
Quæſiui & non inueni illum, uocaui & nõ reſpondit mihi, exponitur.xlv.B.
Quæſtuoſa res nomen eſt Chriſti.v.I.
Qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem, exponitur.xiiij.B.
Quid tibi cum conflictu cui totum de affectu conſtare debet.xvj.F.
Quicquid de Chriſto ſapis, quicquid ſentis, ĩtra eccleſiæ conſtringas regulas.xij.A.
Quies & libertas in hoc corpore breuis & exigua eſt, exponitur.ij.B.
Quod intelligẽtia inueneris, diligẽtia tene & retine.ix.B.

¶De litera.R.

RApacitatis genus eſt ſi famam decerpis.xix.E.
Reconciliatio eſt iterata animorum diſsidentium conciliatio.xxxij.E.
Regulares conuentus intelliguntur in malis punicis.xxxv.G.
Regularis conuerſationis opera per myrrham probatiſſimam, & indiſciplinatæ per reprobã deſignantur.xliij.F.
Regularis exercitatio & hoſtilis uexatio utraq; probabilis, ſeruata patientia.xliij.F.
Religioſorum commendatio.ij.D.xxiij.C.D.xlvj.A.B.
Religioſorum exhortatio & commonitio de uitandis cogitationibus turpibus.iiij.G.
Religionis profeſſores ſal eſſe terræ debemus.xiij.E.
Religioſi redargutio dicentis, non me ille ſcripturæ ſacræ ſermo ædificat.xxiiij.B.
Religioſi detractantes ſunt in duplici differentia.xxv.E.
Religioſorum & ſecularium differentia quo ad uitam.xxxviij.B.
Religioſis detrahentes deprehenduntur.xlvj.B.
Religioſorum magna collaudatio, ſed maior uituperatio inuenitur in illo dicto prophetæ: Candidiores nazarei eius niue &c.xlvij.G.

¶De litera.S.

SAbbatum dedicatum eſt & ſanctum & glorioſum, exponitur.xj.D.
Sapientia in animum quietum & purum ultro incurrere ſolet, & gratis influere.j.B.
Sapientia huius mundi & ſapientia quæ de deo eſt, differunt.v.G.H:
Sapientes huius ſeculi circumierunt rerũ naturã, & in artificio ſuo operantem aduerterunt ſapientiam dei.iiij.F.

Schiſma

Schiſma eorum qui nihil proprij habere uolunt, & eorũ qui de proprietate glorianfur, tangitur.xxx.E.
Schiſmatici tanguntur.xxxvij.F.
Scriptura, uerbum & ſtabile facit & uiſibile &c.xlvij.A.
Septenari⁹ aut ſpiritualitatem aut uniuerſitatem indicat gratiarum.xxxvj.A.
Seruus malus & piger reprehenditur.xlj.B.
Simplicitas bona quæ dicatur.xvj.F.
Synagoga reprehenditur.xiij.E.primo.
Synagoga repudiata eſt, eccleſia accepta.xx.D.
Sicut uitta coccinea labia tua, exponitur.xxiiij.C.
Sicut fragmẽ mali punici, itagenæ tuæ, exponitur.xxv.B.
Sicut turris Dauid collum tuum, exponitur.xxvj.D.
A ſpe ſupernorum omniũ actuum caput & totius intẽtio uitæ inchoare debet, & illi cohærere.xlj.E.
Sponſa cum ſpõſo loquitur, tunc loquitur in loquela dulcioris labij, & lingua altera.xxxiiij.B.
Sponſa primò tremit, ſecũdò ſurgit, tertiò aperit.xliij.E.
Sterilis eſt intelligentia quam nõ coæua & germana comitatur deuotio.xxiiij.B.
Stimulatur Paulus ne extollatur, & quomodo qui hæc audis, refugis ſtimulari.xv.H.I.
Suauiſſimum mihi ceruical bone Ieſu ſpinea illa capitis tui corona &c.ij.F.
Succẽſio duplex innuitur, una de ſummis, alia de infimis erumpens.xxiiij.E.
Summiſſior quidem uox ſed mens intenſior & preces tacitæ multum habent acuminis.xxiij.C.
Surgam & circũibo ciuitatem, quæram per uicos & plateas, exponitur.iij.C.D.
Suſpecta eſt mihi omnis doctrina & certè deſpecta quæ nullam inducit de Chriſto mentionem.v.C.

¶De litera.T.

TAediũ uehemẽs & amaritudo cordis uirtutes ipſas exercet non euertit.xxxviij.F.
Tenui illum nec dimittam, exponitur.ix.cũ tribus ſequen.ſermonibus.
Tenuit eos ſuperbia.exponitur.ix.C.
Tenere qualiter dilectum debeamus.xiij.D.
Terræ quædam ſunt ſuperiora quædam inferiora, quædam infima.xxv.D.
Thus quid ſignificet.xv.F.
Timores tres innuuntur.xix.G.H.
Timor rigore gelido conſtringit affectus.xxxix.A.
Torrens duplex ſpiritualis deſcribitur.xxxvij.G.
Tota pulchra es amica mea &c.exponitur.xxix.A.
Tranquilitas mentis efficax eſt ad incrementa gratiarum.xv.A.
Tribulatio & aduerſitas exterior plangitur.xxxviij.A.B C.D.
Tribulatio interior ab.E.uſq; in finem ſermonis.

¶De litera.V.

VAdam mihi ad montem myrrhæ, exponitur.xxviij.B.
Vberibus geminis erga ſubditos abũdare debet qui doctoris & patris in eccleſia locum occupat.xxxj.B.
Veniat dilectus meus in ortum ſuum &c.eponitur.xl.A.
Venuſtas uultus mentem interpretatur, & internos affectus facies loquitur.xxv.A.
Verba conſolatoria dum aliqui plus æquo ſectantur, in uana deuoluuntur.xxxj.C.
Viciſſitudo refectionem affert, defectũ prohibet.xliij.G.
Verecundia commendatur.xxv.B.
Vigiles qui dicantur.xlij.B.
Vigiliæ quædam ſunt ſolicitudinum repletæ moleſtia, quædam bonæ.xlij.B.
Virgines ſacræ inſtruuntur.xviij.per totum.
Virgo quædam corrupta plangif uel lamẽtaf.xl.B.C.D.
Virgula fumi quare ſponſa dicatur.xv.D.
Virtutes ipſæ ſuapte natura intus in animo locatæ ſunt.xxij.E.
Viſio ſponſi nõ eſt una nec ſimplex nec uniformis.vj.D.
Viſio dei quodã eſt cum affectu ſemper accipienda.xx.B.
Viderunt inſulæ & timuerunt, & extrema terræ obſtupuerunt, exponitur.xx.C.
Vmbra quæ dicatur.j.D.
Vmbræ tres ſunt.xxvij.F.
Vnguentarius eſt Sathanas, nolite ab illo oleum emere.xvij.F.
Vnguentorum & aromatum differentia.xxxiij.C.
Vnguentorũ proponitur cuius odor ſuper omnia eccleſiaſticorum donorum excellat aromata.xxxiij.D.
Vnguenta quadruplicia ſunt.xxxiij.F.
Vnctio quid ſit.xxxiij.I.
Vtinam nos tales ſimus auditores uerbi dei qui non ſuccumbamus his quæ dicuntur.v.C.
Vtinam fidei quam habeo in Chriſto, omnia opera mea atteſtentur.xxiij.B.
Vtinam mihi nihil incumbat negotij niſi ſuſpenſo ſemper ſtupore mirari impenſam gratiam.xxix.B.
Vocem frequenter eripit oratio uehemens.xxiij.C.
Vox dilecti pulſantis, exponitur.xlij.C.
Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſpõſa &c. exponif.xxx.A.
Vultus animi interpres eſt, & ab intimo affectu habitum trahit.x.A.

¶De litera.X.

Xp̃s ſingulariter non tam ceruus quàm hinnulus dicitur.xliij.B.
Xp̃s caminus dicitur.xv.A.
Xp̃s dicitur ignis conſumens.xv.E.
Xp̃s ſolus dict⁹ eſt Salomõ noſter uerus pacificus.xvj.C.
Xp̃s totus nobis eſt charitatis illecebra, incitamentum amoris.xix.G.
Xp̃s hodie ſynagogæ dedit libellum repudij.xx.D.
Xp̃s horret magis aſperitatem morum, linguæ ſtimulos, quàm aculeos ſpinarum.xx.F.
Xp̃i laudes ponuntur.xx.G.H.
Xp̃s Ieſus non metit niſi quod ſuum eſt, niſi quod ipſe præſeminauit.xlj.B.
Xp̃i humanitas gratiã cõparat diuinitas confert.xliij.A.
Xp̃iani mali reprehenduntur.xxiij.B.

¶Finit tabula.

RICHARDVS MONACHVS de Grandiſilua dioceſis Tholoſaneñ. ordinis Ciſtercienſis, carmen de laude Claræuallis, & de religioſa ibidem diſciplina.

Gaudia qui mundi uis ſpernere uana rotundi.
Et contemplari Chriſti iubar, & meditari.
Tũc loc⁹ aptior, ad bona propꝛior eſt adeũd⁹.
Quẽ ditat bonitas, pietas, bona pdia, fundus.
Ad quem ſi properas, cinctus uirtutis amore:
Sedes æthereas ſcandes uiuens in honore.
Hic locus eſt magnus, ubi paſcit cælicus agnus.
Cuius & hic nomen, pariter pandetur & omen.
¶Qui requiem cæli quæris cum mente fideli,
Ad claramuallem properando dirige callem.
Eſt uia recta poli ſimilis ſuper omnia ſoli.
Vrens & lucens, ad regni præmia ducens.
Vrit peccata, dat lucis munera grata.
Et mites ungit, prauorum crimina pungit.
Blandiri neſcit, nec diſciplina tepeſcit.
Percutit ignauos, arcens à crimine prauos.
Inſtruit ignaros, mittens ad gaudia guaros.
Et peccatores iumentis ſordidiores
Abluit, & mundat, ut perdita dona refundat.
Sic depuratos ac totos mundificatos
Ad cælum multos mittit pueros & adultos.
Qui domino grati uiuunt ſine fine beati.
¶Grex claræuallis, qui cuncta decentia pſallis.
Angelico more laudes fers ſemper in ore.
Qui diſciplinæ peccatorum medicinæ
Iugiter intendis, & ſic ad gaudia tendis.
Qui uigilas multum, qui nil dimittis inultum.
Qui corpus punis, qui te cæleſtibus unis.
Dum tali cura, uita uis uiuere pura,
Efficeris ciuis cæli, ſic uiuere qui uis.
Dum clauſtro reſides, tua Chriſto tempora ſides:
Regna tibi lata tribuentur in arce beata.
Angelicisq; choris ſociaberis omnibus horis:
Cum quibus in ſuperis, dabitur tibi quod modo quæris.
¶O felix uallis, quæ nullum de grege fallis,
Sed cunctos ducis ad uerè præmia lucis.
O uallis plena morum probitate ſerena.
Vallis deuota, uallis pia, congrua tota.
Ordine nobilis atq; probabilis ac populoſa.
Spiritualibus aptaq; fratribus ac ſpecioſa.
Vallis dilecta, uiuendi regula recta.
Per celerem curſum, tua dirigis agmina ſurſum.
Vallis clauſtralis, & manſio ſpritualis.
In qua clauſtrales, homines quoq; ſpirituales
Degunt abſq; malis, dominiq; reguntur ab alis;
A quibus immanis tentator uadit inanis.
¶O uallis clara diuini numinis ara,
Valde deo chara, uallis talis quia rara,
Non eſt in mundo, ſic credo corde profundo
Huic ualli ſimilis, ad bona ſic habilis.
¶O uallis læta, uallis bonitate repleta,
Vallis iucunda, uallis bona, lucida, munda.
Vallis habens ora diuina uoce ſonora.
Vallis regalis. Chriſti domus eſt ſpecialis.
In qua cum patre Ieſus eſt & uirgine matre.
¶O uallis ſancta, redolens dulcedine tanta
Vallis non ficta, uallis ſemper benedicta.
Felix qui tec[illegible]ns ſcit u[illegible]
In ſe collect[illegible] cru[illegible] ſub cr[illegible]
Paupertas [illegible] hic eſt iucundior iſti,
Quàm culm[illegible] reg[illegible]m, uel quàm ſapientia [illegible]
Hac in ualle ſacra [illegible] caro marcida, pallida, macra
Impinguat mentem cæleſtia regna petentem.
Cæleſti uita fruitur caro uerbere triſta,
Et patiens anima paradiſi carpit opima.
Sic homo deuotus ſanatur denique totus,
Vallis ſacrata, geniture germine fata.
Semen ſparſiſti ſanctum, ſanctos genuiſti:
Et generans creſcis, nec adhuc generare quieſcis.
Incorrupta paris quos ſacris dedicat aris
Præſul ſublimis, qui cælica patrat in imis.
Currit ad hanc uallem ſapiens, ubi uiuere mallem
Pauper panniosus, quàm diues delicioſus.
Vallibus & uallis hæc eſt circundata uallis
Nullius incurſum timet hæc uallis: quia ſurſum
Cor gerit in cælis, hoſti non peruia telis,
Vallis ſecura, Chriſti ſub perpete cura.
Te conſecrauit, te religione beauit
Sanctus Bernardus, bona ſectans, ad mala tardus.
¶Claraualle uallis, plus claris clara metallis.
Tu niſi me fallis, es rectus ad æthera callis.
¶Si recto calle penetrare uoles paradiſum
In clara ualle tibi conſulo dirige uiſum.
En tibi Bernardus uitæ monimenta beatæ
Edocet, ut nardus mira redolens probitate.
En ibi ueraces fama librante ſequaces
Eiuſdem, caſſes furientis & arma fugaces
Coſmica ſpernentes, quæ Chriſti corde gerentes
Sunt inter gentes, ut flos per prata uirentes.
Eloquar an ſileam? flos ut non præſtat odori
Omnia ne taceam, bonitas nec cedit honori
Virtutum dotes ſcrutandoq; culmina ueri
Quos imitando potes cælum poſt fata mereri.

¶Deo gratias.

Regeſtum

aa bb cc dd a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X AA BB CC DD Aa Bb Cc Dd Ee Ff. Omnes ſunt quaterniones, præter dd qui eſt quinternio, cc uerò V X DD & Ff ſunt terniones.

¶Deuoti melliflui q; doctoris diui Bernardi Claræuallis abbatis, ſeraphica ſcripta diligentiſsimè cum archetypis bibliothecæ Claræuallis à quibuſdam eiuſdem domus monachis emendata, atq; ita recognita, ut quæ uera ipſius autoris, quæque aſcriptitia fuerint lector quàm faciſlimè agnoſcat (quanquam ea & phraſis & ſpiritus ac uis dicendi facile ſecernat) nunc demum in optimam unius codicis (ueluti palàm cernitur) formam redacta.